

commissa est comiti nostro, et Dux profectus est in Saxoniam cum militia ut reciperet Ducatum Bavariae quem vitricus suus Henricus frater Bonradi Regis occuparat. Duce absente facta est amicitia magna inter comitem nostrum & Niclotum, quia comes juvit eum cum exercitu magno contra Ricinos et Circipanos qui ei rebellare coeperunt. Forum vero Lubicense crescebat in dies singulos auctis navibus insectorum. Dominus vero Vicelinus habitavit in insula Bruhu id est Busow sub fago exercere faciens agros. Post hoc exstructa sunt ibidem castra edificavitque ibidem ecclesiam in honorem S. Petri Apostoli utens filia ad aratra coepit de Faldera et Faldera initia igitur episcopatus tenera, quia comes alias optimus, soli episcopo mediocriter bonus. Dux Bavariam recuperare non potuit, sed quasi ibi occisus fuit et multos principes. Sed mortuo Imperatore Conrado III. Fredericus I. inter Imperatores Frederici Ducis Sueviae filius promotus est Imperio coepit anno Domini 1171. & recuperata est Bavaria. Magister tamen in speculo dicit eum coepisse regnare A. D. (1173.)

Cap. 24.
Vicelinus vir sanctus in Faldera post modica tempora paralyti dissolutus, officium lingue & perdidit totum denique latus dextrum exaruit. Jam defuncto sanctissimo viro Thetinaro nec castro Plunenfi reedificato duobus annis